

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Baptistae Mantuani ... Parthenicum libri**

**Baptista <Mantuanus>**

**Argentinae, 28. 8. 1501**

**VD16 -S7317**

Clarissimo Patri domino Georgio de Gemmingen [...] Sebastianus Murrho  
S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-321582](#)

Clarissimo Patri domino Georgio de Gē  
mingen Spiren. Ecclesiē Præposito Se  
bastianus Murrho Colmarieñ. S.D.

Quāmquā summus Peripateticorū antistes Aristoteles duobus vitæ generibus propositis: quorū alterū in negotio & labore: reliquū vero in ocio atq; umbra cōteri soleat: præcipiū id quod in agēdo reicq; p. bene cōsulendo versatur: felici homini bonoq; viro adiudicauerit: prudencius tamen Plato humano generi consultasse videtur: qui & ocium quo nobis consulimus: & negotium quo & patrie & amicis tum domesticis i tebus: tum externis opem ferimus: amplectim expetendū q; existimat. Verū tamen cum ego nequaquam eum me iudicem: necq; vadem inter hos præstantissimos sophos posse possim: meam tamen abineunte ætate totis animi viribus corporisq; sensibus opinionem iudiciumq; suisse profiteor: necq; honestati quenquā laboribus & curis obesse: necq; utilitatī in honesto negotio (eciam: ut uulgi utamur dictorio: aurei si promittantur montes) consulere debere. Nam qui honestatem utilitati comodisq; præferunt: & si labores & erumnas subeant immortalem tamen gloriam consequuntur. Qui vero decore neglego sua rei consulunt: summa turpitudine cum infinitis erumnis & labores suos damnant & inglorij maximo cum dedecore vitam miseram inopemq; agentes senescunt occidunt pereuntq;. Cum itaq; nec maiorum imagines nec stēmata quae nulla sunt: necq; diuīcias (quarum liberalē usum probatissimum: custodiām vero sceleratissimā iudicio) in medium afferre possim: spero tamen a te viro optimo in umbra & ocio me obseruancia ac fide consecuturum: quae alij vix hīsc rebus quas enarrauimus consequi potuerunt. Præcipue cū inter reliquas tuas virtutes audierim (quod maximū facio) te non solum bonarum arcium studiosis plurimum fauere: sed eciam desiderare: & amore & benevolencia perquā familiariter eis vinciri: id munere quo me dignatus es iam dudum declarasti. Rursus iucundissimis litteris tuis quibus me ad Baptista Mantuanum interpretandum hortatus es: eo lubencius (qui tam temere) assensi quo tuo iudicio acutissimo: qui cūd diceārem facile vel probatum vel reiectum iri posse plane sciebam: Abunde mihi satissimum erit: dum vel tibi placero: vel alijs melius scribendi anſam præstitero. Fœci igitur quātum valuerūtq; ingenij (qui tam & si nihil sūt) nostra tamen quan-

tulacunq; p̄orcio est) ad eum interpretandum Poetam extendi  
quo tibi morem Amicisq; gererem nostris: a quibus s̄epe ro/  
gati fuimus: ut aliquid moliremur: quo ad latinarum littera/  
rum studia Germanica iuuentus incitaretur: ne Getica & Van  
dalica nostra verba: Latinis Latio in Imperio (quo nacio Ger  
manorum ceteris gentibus Christianis presidet) inculte im/  
mixta reperiarentur. priscum enim terrae nostre decus ob littre/  
rarum Poetarumq; ignoranciam sepultum obrutumq; p̄man  
sit. Suscepi autem hunc laborem maximo desiderio ob iteme  
ratę Parthenices diuę Marię singularem obseruanciam: cuius  
nomine Poema inscriptum est: qua nihil sanctius: nihil casti/  
us: in cuius laudem & Angelis supernisq; Spiritus & omne ho/  
minum genus inops aegenumq; deprehenditur. Pro cuius eccl  
am immortalis gloria: nullius odium reprehensionē obprobra/  
q; formidamus. Duę autem clarissime Pater cum mihi p̄po/  
nerentur viæ: quibus ad id operis aggrediendum me accinge/  
rem: vna ut Fabulis non recitatis ad eos remitterem qui abun  
de de his scriberent: quam līcer doctrina pr̄stantibus iucūdio  
rem (nam nostras nemo inepias volupe leget) utilitati tamē  
minus idoneam iudicauit: cum maxime Triuialium ludorum  
Magistris consulere statuerim Iuueniliq; etati: quā hisce poe/  
matis inescari volumus: quibus & hic labor addictus est: quo  
tum latinas vel Fabulas vel historias cognoscant: tum de chri/  
stiana religione soluta & equestrī oracione loqui latine discat.  
Elegimus itaq; alteram: qua fabulas & historias pr̄stantissi/  
morum testimonio comprobamus. Qua de re optime Pater:  
si quid pijs auribus dignum artulimus: tua vel auctoritate p̄/  
deat in uulgs (vel quod magis veremur) delitescat intereat:  
Fatoq; suo: ut Ajax Augusti: in spongiam cadat. Spero tamen  
veniam mihi pr̄stari debere: q; nullum ducē secuti: unoq; ex/  
emplari contenti has lucubratiōes edidimus: & q; Poetam ad/  
huc superstitem in humanisq; agentem: nostra omnia castiga/  
turum reprobaturumue desideramus: eius me delectatum in/  
genio (quo conciuem suū Andinum Vergilium facile conse/  
quitur & aquat) continere non potui: quin aliquid in mediū  
afferrem: vel inepte Baptista vitram: cum eius laudib; impa/  
res simus: quam in religione Carmelitarum multos ī annos  
obseruantissime agit: scribere cōsulto pr̄termisimus. Vnum  
tamen non pr̄tereundum censeo (qd' magnus amat Iupiter)  
Audiuimus ex Conrado Leontorio: quo a secretis familiaris/  
ter utimur: Magistratu se quē eo in ordine summū gessit abdi

casse: ut liberius hūanis diuinisq; līris vacare posset . Rara autē  
in terris nigroq; similiima cygno . Accipe igit̄ cōmētariola nra  
ab homine tibi semp deditissimo : eaq; cū legeris vel pbato: tua  
enim sunt: cuius & auspicio susceptra perfectas fuerunt . Multa  
in his videbis: nō solum ex vetustissimis deprompta Auctoriis  
bus: sed etiā nouis ac nostrae ætatis hominibus Domicio: Pe-  
tro Maro: Antonio: Volsco Parthenioq; viris clarissimis: q;  
rum p̄ceptis ac doctrina nō nihil didicisse speramus . Et ne hu-  
ius primæ Parthenices argumētum cōcupiscas: scito Poetā p̄-  
ginis Mariæ genus: ortū: natuitatē: educationē: vitā mortem  
q;: ac eiusdē in celos assumptionē cōtinere: quæ singula ex ele-  
gantissimo Carmine darius q; oracione cognoscet . Poetā igit̄  
tur audiamus canentem . Sancta Palestina repetens exordia  
Nymphæ: Difficiles ortus & reliqua .

Epitaphium Sebastiani Murronis.  
Clauditur hoc saxo vir nulli laude secundus:  
Maxima Germani spesq; decusq; soli .  
Contulit huic laurz duplicitis facundia linguæ  
Exulto tantum p̄fstitit ingenio :  
Quicqd enī laudis Latii quid Græcia docta  
Quicqd & Hæbræus possidet: hic meruit.  
Clara viri phamam celebres Colmaria tanti  
Et viuat Murtho semper in ore tuo .